

*138. Instrumentum venditionis di
Martino de Congiante in favore
della chiesa cattedrale di S. Gerardo*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*138. Instrumentum venditionis di
Martino de Congiante in favore
della chiesa cattedrale di S. Gerardo*

1436-05-06

(c. 66r) In nomine domini nostri Iesu Christi. Anno a nativitate ipsius millesimo quatricentesimo tricesimo sexto, regnante illustrissimo domino nostro domino rege Regno Dei gratia Hierusalem et Sicilie <rege> ac Andegavie, Mari et Lechorin duce, Provincie, Pontis marchione et Cenomanie comite, regnorum vero eius anno primo feliciter amen, die sexto mensis madii, quarte decime indictionis, apud civitatem Potentie.

1

2

3

Nos magister Nicolaus Mordente de Laurino civis civitatis Potentie, eiusdem civitatis annalis iudex, Thomasius Strambus de Potentia publicus ubilibet per provincias Principatus citra et ultra serras Montorii, Capitinate et Basilicate regia autoritate notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto puplico fatemur atque testamur quod in nostri presentia constitutus Martinus de Congiante de Potentia, non vi, dolo, metu ductus, ut dixit, sed sua mera et spontanea voluntate, sicut sibi <utile> apparuit et visum fuit vendidit, alienavit et per fustis traditionem assignavit, iure proprio et inperpetuum, domino Luce de Zoffo cantoris mayoris ecclesie Potentine et procuratori, ut dixit, ditte ecclesie et totius capituli ibidem presenti, nomine et pro parte dicte ecclesie ementi et pro parte omnium clericorum dicte ecclesie et successorum eorundem recipienti, petia

Così S per Bari

Così S per Lothoringie

Il computo dell'era regni è per anno incipiente allungato.

duo terrarum suarum, quarum unum fuit quondam iudicis Meuli de Sacco et aliud quondam Guillelmi de Ciotta de Potentia, sitarum in tenimento civitatis Potentie in contrata ubi dicitur de Ogerio et Santi Abbate, confinatum videlicet terre quondam iudicis Meuli a superiori par[te], iuxta terras eiusdem beneficii quod ad presens tenet dompnus Guillelmus de Mallano archidiaconus Potentinus mediante limite, ab alia parte superiori iuxta terras dicti venditoris mediante quodam censu aquarum descendantium usque ad viam qua itur ad Petragallam, ab alio latere iuxta terras ecclesie Sante Marie Annuniate et ecclesie Trinitatis mediante limitibus, ab inferiori parte iuxta terras luminarie et ecclesie preditte mediante via qua itur Petragallam, cum arboribus fruttiferis et infruttiferis et salicibus sistentibus inter predictas terras et cum cursibus aquarum et decursibus eorundem, cum quibus aquis libere possint rigari predictas terras venditas et terras quondam domini Angeli de Passarelli cum oportuerit tempore oportuno. Que preditte terre sunt capacitatis in semine frumenti tumulorum viginti et alios confines si qui sunt circumcirca, cum viis suis, omnibus // (c. 67r) introitibus et exitibus suis ab antiquit(ate) ad dictas terras spettantibus quoquomodo ad habendum, tenendum, possidendum, utifruendum, vendendum, donandum, permutandum nec non quocumque modo voluerint [dic]ti clerici presentes et successive futuri, iuxtis viis, introytibus et exitibus ad ipsas terras spettantibus et pertinentibus quovismodo franchas, liberas et exemptas ab omni onere, redditu sive censu et obligatione quacumque. Pro qua quidem venditione dittarum terrarum predictus Martinus venditor coram nobis a dicto domino Luca cantore et procuratore, quo supra,

emptore confessus fuit se recepissee et manualiter habuisse in carlenis argenti, sexaginta per unciam et duobus pro tareno quolibet computatis, usualis regni pecunie et ponderis generalis, uncias tres et tarenos septem et medium, totum silicet pretium venditionis ipsius; promittens dittus venditor per se et suos heredes dicto donno Luce cantori et procuratori, ut supra, tam pro se quam nomine et pro parte omnium clericorum presentium et futurorum eiusdem capituli supraditti presenti et recipienti, litem, controversiam vel questionem aliquam de dittis terris ullo umquam tempore non inferre nec inferenti consentire vel assentire, sed ipsas terras tam in proprietate quam in possessione defendere, autorizare, disbrigare et de evittione teneri et unquam contrafacere, dicere, opponere vel venire, de iure vel de fatto, aliqua occasione, modo, ingenio seu trattatu, sed ipsam venditionem et omnia et singula infrascripta et suprascripta ratam, gratam et firmam ac rata et grata et firma habere, tenere et perpetuo observare et contra ea non facere, dicere, opponere vel venire, in iudicio et extra iudicium, de iure vel de fatto, aliqua occasione, modo, ingenio seu // (c. 67v) trattatu, sub pena dupli pretii supradicti, pro medietate ipsius pene si eam mitti contingerit regie curie vel alteri competenti curie ubi exinde forsitan ageretur seu fatta fuerit reclamatio seu querela et alia medietate ditto procuratori emptori pro parte dictorum clericorum et capituli presentium et futurorum, pro se et nomine quorum supra presenti et stipulanti persolvenda, me predicto notario tamquam persona publica pro parte dittarum curiarum et dicto emptori quo supra nomine a dicto Martino venditore sollempniter stipulantibus penam ipsam; qua commissa vel non commissa, exatta vel non exatta, soluta vel

non soluta seu gratiose remissa, preditta venditio et confessio sicut prefertur et preditta omnia et singula in suo robore et efficacia perseverent, cum restitutione omnium dannorum interesse et expensarum litis et extra litem que fuerint propterea quoquomodo, de quibus stari et credi debeat assertioni cum iuramento ditti emptoris et clericorum successorum suorum; et renunciavit super hiis voluntarie et expresse idem venditor pro cautela ditti emptoris et successorum ipsius exceptioni doli mali, vis, metus et infattum, presentis non sic celebrati contrattus, exceptioni deceptioni et fraudis reique predicto modo non geste vel aliter habite quam superius continetur et est expressum, exceptioni non numerate pecunie, non solute, non habite et non recepte ac non boni argenti et non ponderati, legi resissione qua decept(is) ultra dimidiam iuxti pretii subvenitur et generaliter omnibus aliis auxiliis et beneficiis omnium iurium atque legum et specialiter iuri dicenti generalem renuntiationem non valere et iuri per quod cavetur quod predicto iuri renunciari non potest, quibus suffragantibus // (c. 68r) ditta venditio predittaque omnia possent in aliquo minui vel infringi. Pro quibus omnibus attendendis et inviolabiliter observandis et quod predicta omnia vera sunt, dittus venditor prefato emptori coram nobis presenti et recipienti corporaliter tatta ad santa Dei evangelia prestitit iuramentum. Unde ad futuram rei memoriam et preditti venditoris preces et certitudinem et prefati emptoris quo supra nomine cautelam, presens instrumentum exinde fattum est per manus mei notarii, signo meo solito signatum, mei qui supra iudicis et nostrorum subscriptorum testium subscriptionibus roboratum.

4

5

6

7

8

9

Quod scripsi ego predictus Thomasius puplicus ut supra
notariusqui premissis omnibus rogatus interfui et vocatus
interfui ipsumque meo consueto signo signavi. (SN) Ego
magister Nicolaus Mordente Denarini qui supra iudex
Ego frater Roberto <sic> abbas Santi Angeli de Bosco
testis sum Ego Lanza de Palma de Neapoli testis sum
Ego Carluccius de Musc(u)lo de Neapoli intefui et me
subscripsi Ego presbiter Leonardus de Agna testis sum
Ego Iacobus de Bono Ioanne testes sum Ego donnus
Nicolaus Zappa presbitero ecclesie Sante Trinitatis de
Potentia testis sum

10

11

Così S verosimilmente per Fons

Così S per cursu

Così S per committi

Così S per deceptionis

Così S per resissorie

Così S per iusti

Così S per de Laurino

Così S per archipresbyter (dalla notitia testium)